IN NOMINE DOMINI nostri IESV CHRISTI.

13. Februarij. 1592.

Actes, Orders, and Decrees made by the King and his Counsell, 9. H. 7. remaining amongst the Records of the Court, now commonly called the Court of Requests.

12 DIe Februarij anno H. 7. nono per Regiam Celsitudinem appuntuantur domini & alij Consiliarij subscripti ad obseruandũ Consilium suum a die 12. prædicto, per totum iter per eundem dominum Regem post Pascha faciendum, modo sequenti.

Episcopus Bathon. post Pascha continuè.
Episcopus Exon.
Episcopus Roffensis continuè.
Dominus Prior S. *Ioannis*, post 15. dies post Pascha continuè vsq; ad mensem Augusti proximum.
Dominus de Daubeney mensibus Augusti, Septembris, & Octobris.
Dominus de Broke cum domino Priori eisdem mensibus.

Dominus *Gulielmus Hußie* menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris.

Robertus Reede a die 12. prędicto vſque ad Iulium.

Andreas Dimocke, Reginaldus Bray, Richardus Gilford, & *Thomas Louell* milites continuè.

Cuſtos Rotulorum.

Ianne, Aynſworth, & *Warrham* doctores continuè.

3 Martij, anno 9. H. 7. ſedentibus epiſcopis Sarum, & Roffenſi, decano capellę, domino *Seneſcallo, Reginaldo Bray*, & *Thoma Louell* militibus, & *Roberto Reede*, ad petitionem *Richardi Cloſe*, & aliorum ciuitatis London mercatorum indulgetur litera ſummationis dirigenda Armorum Officiario, ſub P.S. per quam dictus Officiarius requiſitionem penes Auſtriæ Archiducem pro reſtitutione prędictis *Richardo* & alijs petentibus ſupradictis de querelatis facienda faciet iuxta vim formam & effectum earundem literarum, actum apud Shene.

12 Aprilis anno 9. H. 7 in curia tenta apud Canterbury Epiſcopus Bathon. cuſtos P.S. ſedebant vnà cum *Thoma Louell*, & *Rich. Gilford* militibus.

20 Iulij anno 9. H. 7. curia tenta apud Windſor.

9 Auguſti anno 9. H. 7. in curia tenta apud Shene ſedebant Epiſcopi Bathon. & Roffen. doctor *Middleton*, & *Andreas Dimocke* miles.

15 Auguſti anno 9. H. 7. apud Windſor. Memorandum quod eodem die in Camera ad hoc aſſignata comparuit *Tho. Creſſet* armiger ſuper quadam recognitione, vt ibidem *Thom.* aſſeruit, facta coram domino Cancellario in Camera Stellata, ad perſonaliter comparendum coram domino rege in Conſilio ſuo vbicumque dicto 15. die Auguſti; Et habet ad perſonaliter comparendum de die in diem, quouſque aliter per dictum dominum regem, & Conſilium ſuum in hac materia decretum fuerit, &c. & hoc ſub periculo incumbenti.

¶ *Actes*,

¶ *Actes, Orders, and Decrees made by the King and his Counsell,* 10. H. 7. *remaining amongst the Records of the Court, now commonly called the Court of Requests.*

6 SEptemb. anno 10. H. 7. apud Langley, Presidens Collegij *Magdalenæ* Oxon. & *Reginaldus Bray* Consiliarij Regij.

7 Octobris, anno 10. H. 7. apud Woodstocke, Doctor *Mayo* Consiliarius Regius.

5 Martij, anno 10. H. 7. apud Shene, Custos Rotulorum, D. *Daubne* &c. Consiliarij Regij.

23 Martij, anno 10. H. 7. apud Shene, Doctor *Martin*, & *Turberuile* miles Consiliarij Regij.

24 Martij, anno 10. H. 7. apud Shene, emanârunt literæ sub priuato sigillo, directæ custumarijs & balliuis portici de Weymouth, ad ministrandum iustitiam *Iaques le Maiore* pro restitutione nauis cum apparatu eiusdem incontinenti post visum, alioquin ad comparendum coram Domino Rege, & Consilio suo vbicunque infra 12. dies post receptionem dictarum literarum, ad allegandum causam quare. &c.

8 Aprilis, anno 10. H. 7. Doctor *Hatton*, *Andreas Dymocke*, &c. Consiliarij Regij apud Shene.

21 Aprilis, anno 10. H. 7. apud Shene, personaliter comparuit *Ruthmercat* de Dania coram Consiliarijs Domini nostri Regis, & tactis per eum sacrosanctis Dei Euangelijs, sponte promisit se non velle nocere de cætero inquietare seu molestare aliquem subditorum Domini nostri Regis, pro causa suæ incarcerationis, (erat enim hic ille incarceratus ob suspitionem piraticę prauitatis) & tunc ex mandato dicti Domini Regis dimissus est. Eodem die ex mandato Domini Regis decretum est, quòd liceat *Ioanni Whale* de Winchelsea, quandocun-

que commodè poterit, in aliqua parte maris, nauem seu naues de Penmarke capere, & eas secum ducere in quẽcunq; portum Angliæ, & ibidem retinere, quousque debitè satisfactum fuerit eidem *Ioanni*, de iusto valore cuiusdam nauis, & marchandizarum in eadem dicto *Ioanni* pertinentium, & per inhabitantes de Penmarke minus iustè captarum & detentarum.

25 Aprilis anno 10. H.7. ex domini Regis & aliorum dominorum de eius Consilio mandato apud Shene in camera ad hoc assignata, decretum est, quòd *Ioannes Whale* de Winchelsea, pacificè gaudeat possessione cuiusdam nauis per eum arrestatæ, quæ nauis venit ex partibus Penmarkię. Prouiso semper quòd dictus *Ioannes*, secundùm quod dicta nauis appreciata fuerit, per quatuor homines indifferentes, securitatem sufficientem imponet, & inueniet magistro *Roberto Ridon* Iudici Admirallitatis de producendo dictam nauem, aut eius valorem, secundùm appreciamentum eiusdem quandocunque licitè monitus, & requisitus fuerit, & ad tunc respondere obiectis & obijciendis per inhabitantes Penmarkiæ. Signatum per *Thomam Roffensem*, *Thomam Ion*, *Robertum Middleton*, & *Rich. Hatton* Consiliarios Regios.

25 Iunij, anno H.7. 10. *Ioannes Morgan* Consiliarius Regius apud Woodstocke.

27 Iunij, anno 10. H.7. *Richardus Maio* Consiliarius Regius, apud Woodstocke.

Richardus Fitz-Iames, & *Gulielmus Greuile* Consiliarij Regij apud Worcester. 9. Iulij, anno 10. H.7.

Acts, Orders, and Decrees made by the king and his counsell, 11. H.7. remaining amongst the Recordes of the Court commonly called the Court of Requests.

24 AVgusti, anno 11. H. 7. apud Notingham, in causa *Ioannis Northal* de Browood, contra *Thomam Cowper* de

de Blexwich, de, & ſuper certis terris & tenementis iacentibus in Blexwich prædicta, per Conſilium domini Regis viſis & intellectis euidentijs partium prædictarum, decretum eſt, quòd prædictus *Cowper* gaudeat poſſeſſione prædictorum terrarum, & tenementorum, abſq; perturbatione, inquietatione, ſiue moleſtatione, præfati *Ioannis Northall*, ſiue alterius cuiuſcunq; eius procuratione, & hoc ſub pœna 40. lib. leuandarum de bonis & catallis dicti *Ioannis Northall*, ad opus domini Regis, caſu quo aliquid huic iudicio in contrarium attentauerit, ſiue attentari procurauerit, quouſq; alia effectualia, pro parte dicti *Ioannis Northall*, coram dicto Conſilio edoceantur & ibidem probentur, quorum prætextu idem Conſilium aliter in eadem cauſa ſtatuant & decernant.

29 Auguſti anno 11. H. 7. Conſiliarij Regij ſedebant apud Leiceſter. Et ibi eodem die in cauſa *Ioannis Powtrell* contra *Ioannem Babington* militem, de & ſuper titulo & iuris clameo certorum terrarum & tenementorum, per Conſilium domini Regis iniunctum eſt, tam prædictis *Ioanni Powtrell*, quàm *Ioanni Babington*, ad comparendum coram Conſilio dicti Regis apud Weſtminſter craſtino Animarum proximo futuro, ad vlteriùs procedi videndum in eadem cauſa.

6 Septemb. anno 11. H. 7. apud Coliweſton, per Conſilium domini Regis decretum eſt & iniunctum *Bartholomeo Holcrofte* ſub pœna 100. librarum, ad perſonaliter comparend. coram dicto Conſilio vbicunque, quindena Michaelis proxima, producendo ſecũ omnia ſcripta, euidentias, & [illegible]minumenta concernentia certas terras & tenementa ad tunc in controuerſia, inter dictum *Bartholomeum*, & *Henricum Holcroft*, & ad vlteriùs procedi videndum in eadem cauſa. Et interim idem *Bartholomeus* aſſumpſit pro ſeipſo, ſub eadem pœna, de gerendo pacem erga dictum *Henricũ*. Et idem *Henricus* aſſumpſit pro ſeipſo, ſimili modo de gerendo pacem erga dictũ

Bartholomeum sub pœna centum librarum.

27 Octobris, anno 11. H7. *Ioann es Patten* Atturnatus coram Consilio Domini Regis tento apud Westminster.

2 Nouembris anno 11. H. 7. apud Westminster. *Thom. Hoton* decretorum Doctor iuratus admittitur in consiliarium regis, & promittit se seruaturum tenorem iuramenti sibi in hac parte delati, quatenus discretio, & scientia suæ in ea parte eum permittent.

9 Nouemb. anno 11. H. 7. apud Westminster, per Consilium domini regis, decretum est quod fiat breue de *P. S.* directum *Ioanni Poole* de Hertingdon, ad permittendum *Nicholaum Buckstones*, vti, & gaudere possessione cuiusdam tenementi cum gardino iacentis in Longenor, secundum decretum, & presentationem Curiæ nuper tentæ ibidem. Sin autem ad comparendum coram dicto Consilio infra 15. dies post visum literarum huiusmodi, ad dicendum causam quare ad id faciendum compelli non debeat, ac etiam ad respondendum domino regi pro forisfactura cuiusdam recognitionis, prout in eadem plenius apparet. Eodem die *Gulielmus Tunstall* Consiliarius regius.

11 Nouembris anno 11. H. 7. apud Westminster, per Consilium domini regis decretum est quòd fiat priuatum sigillum directum Maiori, & Balliuis villæ Bristolliæ ac vicecomiti Comitatus Wigorn. ad publicè proclamandum *Thomam Hawley* rebellem, pro eo quòd 2. P. S. sibi directa, & deliberata contempsit prout per certificatorium superinde factum plenius continetur.

13 Nouemb. anno 11. H. 7. apud Westminster *Thomas Punt* iuratus dicit in vim iuramenti sui, quod *Thomas Dilworthe* tantis senio & infirmitate est detentus quod commodè equitare, nec comparere potest, coram Cõsilio domini regis prę terquam in eius corporis graue periculum, & etiam eodem die idem certificans quoddam certificatorium sigillis discretorum virorum sigillatum exhibuit

exhibuit affirmans dictum certificatorium fore verum. Iniunctum est eidem *Thom. Punt* ad personaliter comparendum coram Consilio domini regis de die in diem, quousque securitatem imposuerit domino Surrey ad componend. cum eodem in omnibus causis motis inter dictum dominum Surrey, & quendam *Thomam Dillworth*, & hoc sub pœna centum librarum.

Eodem die iniunctum est per Consilium Domini Regis *Humfrido Beysels*, quòd pacificè vti & gaudere permittat Abbatem de Netley possessione cuiusdam bouis, per dictum *Humfridum* minus iustè capti & contra iuris formam detenti, & hoc sub pœna 40. librarum: ac etiam iniunctum eidem *Humfrido* sub ea pœna quòd non implacitet, inquietet, perturbet, aut de cætero vexet dictũ Abbatem pro titulo, iure, ~~aut~~ clameo, trium boum, in billa dicti Abbatis plenius specificatorum, aut aliquem alium, nomine dicti Abbatis clamantem dictos boues in quibuscunque curijs vel alibi, quousque aliter habuerit in mandatis per dictum Consilium.

Eodem die *Ranulphus Citley*, & *Ranulphus Wade* demissi sunt à personali comparitione pro eo quòd manent infra comitatum Cestriæ, & remissi sunt Consilio domini Principis.

Eodem die iniunctum est *Philippo Lokier* ad deliberandum seu deliberari faciendum *Ioanni Wood* de Calicia, quoddam allium per eum minus iustè arrestatum, & hoc sub pœna 40. librarum citra diem Lunæ proximum, pro eo quòd per certificatorium *Richardi Nantfant* militis ad nostram notitiam deuenit, quod idem *Iohannes* legitimum & iustum titulum habuit, & habet possidendi illud, prout in eodem plenius continetur. Et quantum ad expensas dicti Ioannis in eadem causa remittitur discretioni prædicti *Richardi*.

18 Nouembris, anno 11. H. 7. apud Westminster, remittuntur scholares Vniuersitatis Cantabrigiæ, cõtra quos

 conqueritur

conqueritur per Maiorem ibidem corã domino Rege & dominis de Consilio, Cancellario ibidẽ. Et iniunctũ est Vicecancellario tunc personali præsenti, quòd iuxta statuta & laudabiles consuetudines, & leges dictę Vniuersitatis, per eum puniantur malefactores de cætero, siue Scholares siue Scholarum seruitores sint delinquentes, aut quoquomodo riotas, vel transgressionem pacis committentes ita & tali modo, quòd ab hinc iusta querelandi causa, occasione punitionis condignæ in eos minimè inflictæ non pateat. Et iniunctum est etiam eidem Vicecancellario quod festinanter, & indilatè aggrediatur vniuersitatem prædictam, & ibidem conuocatis singulorum locorum studentium principalibus & gubernatoribus, iniungat eisdem, quòd prouideant de pace, & bono regimine seruandis per Scholares & Studentes in locis suis degentes, & de postea existere debẽtes erga Maiorem & communitatem villæ prædictæ. Habéntq; partes (videlicet) Vicecancellarius pro vniuersitate, & Maior pro parte sua comparere in Octauis Hillarij proximis per se vel per suppositam personam, pro eorum vtróque sufficienter authorizatam, & eo termino exhibebunt priuilegia sua, vt per superuisum eorundem id quod pars vtraque iustè clamat, eis indulgeri valeat per dominum Regem & Consilium Præterquàm præmissa Vicecancellarius habet conuocare coram eo illos, per quos domus de qua conqueritur prosternebatur, & quòd imponat super illis finem sufficientem per quem domus huiusmodi reparari, & ad pristinum statum reduci valeat, circa festum Natalis Domini proximũ sic remansura quousq; aliter statuatur per dominos de Consilio, in ea parte per euidentias hinc inde exhibendas & ostendendas. Vicecancellarius habet etiam suspendere actiones singulas, & iudicata, ac iudicatorum executiones contra *Ioannem Bell*, & alios de communitate villæ prædictæ in iudicium coram eo tractos attentatas,

attentatas, quousque vlterius procedendi contra eosdem ex domino Rege, & consilio, licentiam in ea parte habuerint. Et si & quatenus, aliquo tempore prohibitio quæuis sub tenore per *Wood* Iurisperitũ in consilio prædicto exhibito processerit, illa reuocetur & stet vacua, ita vt scholares sint in sua libertate emendi & vendendi à quocunque infra dictam villam, pro eorum libito voluntatis, ac si prohibitio talis nunquam processisset.

27 Nouemb. anno 11. H. 7. apud Westminster, in causa *Thomæ Lacy*, contra *Henricum* dominũ *Clifford*, datus est terminus domino *Clifford*, quindena Hillarij proxima ad comparendũ per se, vel per suum Attournatũ sufficienter instructum in ea causa, & eodem die ad exhibendum relaxationes, & alia scripta, & munimenta facientia pro iure & titulo dicti domini *Clifford* ad terras & tenementa, in controuersia inter partes prædictas. Et etiam iniunctum est eidem domino *Clifford*, quod interim se non intromittat cum dictis terris & tenementis, quousque aliter habuerit in mandatis per Consilium domini Regis. *Adrianus Nausc.* 10. Decemb. anno 11. H. 7. apud Westminster, constituit *Iohannem Patten* suum Attournatum, in omnibus causis, & præcipue ad petendum ius suum versus *Iohannem Sommerset* cum clausula de iudicato soluendo, & ratum habendo.

11 Decembris anno 11. H. 7. remittuntur *Thomas Herbert* pars querelans & *Gulielmus Morgan* pars defendens, de, & super iure, titulo, & possessione certorum terrarum, & tenementorum, in controuersia inter eosdem ad ius Commune, pro eo quòd partes prædictæ satis habiles sint ad prosequendum pro remedio in hac parte habendo apud Westminster.

14 Decemb. anno 11. H. 7. apud Westminster *Margareta Hall*, & *Gulielmus Heilufe* comparent, per seruientem ad arma, & habent ad comparendum die veneris proximo ad respondendum billæ querelæ, *Richardi Fridaie*.

Vauasor, & *Pennocke*. 15. Decemb. anno 11. H.7. apud Westminster, Consiliarij regij: Quo die datus est terminus *Iohanni Seyvell* militi. viz. 15. Hillarij proxima ad exhibendum scripta, euidentias, testes, & minumenta, ad probandum titulum & clameum, per quod custodit Wardum, & maritagium *Georgi Roberti*, filij & heredis *Iohannis Roberti* nuper defuncti, & hoc sub pœna centum librarum.

Consiliarij sedebant apud Turrim London 23. Ianuarij anno. 11. H.7.

4. Februarij anno 11. H.7. apud Turrim London Magister *Sherborne* Consiliarius regius.

10. Februar. anno 11. H.7. apud Shene dimissus est *Gulielmus Durrant* a personali comparitione coram Consilio domini Regis, & remittitur Iuri Communi, quia causa tangit terras & tenementa.

17. Februarij anno 11. H.7. apud Shene dimissus est *Ioannes Matthew* a personali comparitione coram Consilio domini Regis, ad sectam *Elizabethæ Greene*, & causa huiusmodi remittitur iuri communi, quia tangit terras & tenementa.

Eodem die in causa *Gulielmi Balon*, contra Gardianum VVinton Collegij de & super iure, titulo, & possessione certorum terrarū, & tenementorū in controuersia inter partes predictas, mota coram Consilio domini Regis & visis & intellectis circumstantijs causæ huiusmodi, per dictum Consilium, decretum est, quod idem *Gulielmus Balon*, pacifice vti, & gaudere permittat prefatum Gardianum, & eius tenentes, sex Clausuris pasturæ, siue terræ arabilis vocatæ Mynschet, iacentis in Welde, in satisfactionē. 15. librarum per prefatum Gardianum pre manibus solutarum, prefato *Gulielmo* absque aliqua inquietatione prefati *Gulielmi* siue alterius cuiuscunque eius procuratione, & hoc sub periculo incumbenti. Insuper omnia alia terræ & tenementa pertinebunt prefato

fato *Gulielmo*, absque aliqua inquietatione prefati Gardiani contra debitam iuris formam, & hoc sub periculo incumbenti.

2 Martij, anno 11. H. 7. apud Shene, Tho. Ion. consiliarius regius.

15 Martij, anno 11. H. 7. apud Shene, causa *Aliciæ Mascall*, contra *Alienoram Howtinge*, de, & super certis titulo & iure dotis: per Consiliū domini Regis committitur iuri communi, pro eo quod causa huiusmodi primo attentata fuerat in communi banco Regis, per dictam *Aliciam* & non discussa.

17 Martij, anno 11. H. 7. *Thomas Robins*, & *Iohannes Paten* Atturnati coram Rege & consilio suo apud Shene.

Penultimo Martij, anno 11. H. 7. apud Shene: In causa *Martini Gauiline* mercatoris Hispaniç, & magistri cuiusdam nauis vocatæ la Mary de la Retho in Hispania contra *Tho. Barrowe* de Douer, *Iacobum Iustice*, *Henricum Heyward* de eadem, *Ioannem Shepley*, *Ioannem Langet* de Kinsdowne, *Willielmū Taylor* de Sandwitch, *Ioannem Prisser* de Deale, *Gregorium Foster* de VValmer, & inhabitantes de parochia sanctæ Margaretæ iuxta Douoriam, de & super spoliatione dictæ nauis, cum marchandisis: & apparatu existentis in periculo infra le Goodwine sandes in mari: decretum est per Consilium domini Regis, visis & intellectis periculo dictæ nauis, & marchandizarum in eadem fore recuperata per prefatos *Thomam Barrowe*, & ceteros, prescripta, & non spoliata, sed superinde. Inuentarium fore confectum per eosdem de recuperatis marchandizis. Quod prefatus *Martinus Gaueline*, de dictis marchandizis, & alijs recuperatis pertinentibus dictæ naui, per prenominatos *Thomam Barrowe*, & eius coadiutores, secundum quod appretiantur per discretos viros, medietas huius appretiamenti pertineat prefato *Martino*, & alia medietas pertineat, prefatis *Thomæ* & coadiutoribus suis, pro suis laboribus

in hac cauſa ſuſtinendis ſoluendis eidem *Martino*. 1. die Maij proximo. Prouiſo ſemper: quòd quandocunque legitima probatio per partem dicti *Martini*, de alijs marchandizis, ſeu alijs pertinentibus dictæ naui facta fuerit, ineſſe manibus præfatorum *Thomæ* ſeu aliorum vltra confeſſata per eoſdem, quod ex tunc vigore huius decreti gaudeat medietate eiuſdem.

¶ *Actes, Orders, and Decrees made by the King and his Counſell, anno* 12. H. 7. *remaining amongſt the Records of the Court, now commonly called the Court of Requeſts.*

10 FEbruarij, anno 12. H. 7. apud VVeſtmonaſterium. *Richardus Bowet* comparuit virtute mandati Conſilij domini Regis, & habuit ad comparendum coram dicto Conſil o die Lunæ proximo: & ad reſpondendum billæ querelę *Willielmi Colſon*, & etiam ad producendum ſecuritatem pro pace ſeruanda, verſus dictum *Willielmum Colſon*, & interim de obſeruando pacem, ſub pœna centum librarum.

13 Februarij, anno 12. H. 7. *Will. Gaſcoyne* miles habet ad comparendum die Mercurij proximo ad reſpondendum billæ querelæ contra eum propoſitæ per *Georgium Stanley*, & hoc ſub pena centum librarum.

Eodem die commiſſa eſt examinatio cauſę inter inhabitantes villæ de *Offley* contra *Io. Shepherd*, magiſtro *Fiſher*, & doctori *Hatton*, & ad referendum Conſilio domini Regis ſecundum comperta in eadem die Mercurij proxima, & partes habent ad comparendum eodem die, ad vlterius procedi videndum in eadem, & hoc ſub pena centum librarum.

15 Februarij, anno 12. H. 7. commiſſa eſt examinatio cauſæ inter inhabitantes villæ de *Offley* contra *Io. Shepheard* de & ſuper iure, titulo & poſſeſſione certorum agrorum

agrorum incluſorum per dictum *Io. Shepheard*, examinationi *Io. Fiſher* Seruientis ad legem, & *Gul. Poulton*, & ad finaliter determinandum citra feſtum Paſchæ proximè futurum.

Eodem die dimiſſus eſt *Henricus Vernon* miles a perſonali comparitione coram Conſilio Domini Regis, ad ſectam *Thomæ Leighton* militis. pro eo quod idem *Tho.* non proſequatur cauſam ſuam verſus dictum *Henricum Vernon.*

17 Februarij, anno 12. H. 7. in cauſa *Wil. Smith*, contra *Tho. Hawley* generoſū de & ſuper iure, titulo, & poſſeſſione, manerii de Danſay cum pertinentijs in comitatu Wigornenſi mota coram Conſilio Domini Regis, decretū eſt pro eo quod prefatus *Thomas* minime comparuit coram dicto Conſilio, ad dies ſibi legitimè prefixos, ſed contumaciter recuſauit, in contemptum dicti Conſilij, in tantum quod emanauit contra eundem *Thomā Hawley* proclamatio ſolennis prout in eadem plenius Continetur: & tamen idem *Thomas* minimè comparuit, quod ſi idem *Thom.* non comparuerit coram dicto conſilio infra 14. ſeptimanas proxime & immediate ſequentes ad reſpondendum parti, & vlterius procedi videndum in eadem cauſa, quod tunc idem *Guil. Smith* reſtituetur poſſeſſioni dicti Manerij cum pertinentijs, ſine vlteriori dilatione &c. Et quia dictus *Thomas* minime comparuit, ideo decretum eſt per dictum Conſilium, pro vigore dicti decreti. Et emanauit ſuperinde mandatum vice comiti Comitatus Wigorn. ad poſſidendum prefatum *Gul. Smithe* in manerium predictum, prout in eadem Commiſſione plenius continetur.

21 Februarij, anno 12. H. 7. Prouoſt de Cantabrigia habet ad comparendum die veneris proximo per ſe vel ſufficientem deputatum, ad reſpondendum billæ querelæ contra eum propoſitæ, per *Henricum Locke*, & hoc ſub pena 40. lib.

Eodem die, *Thomas Gurney* iuratus dicit in vim iuramenti ſui ſe in die Cinerum vltimo preterito, deliberaſſe vxori *Henrici Knolton* quoddam breue de P.S. directum eidem *Henrico*, ad comparendum Coram conſilio Domini Regis immeditate poſt viſum, ſub pœna legeanciæ, & dictum breue ad tunc dimiſit, in domo dicti *Henrici*. Et quia idem *Henricus* minime comparuit: decretum eſt per dictum Conſilium, quod fiat priuatum S. directum vicecomiti comitatus Hertford ad attachiandum corpus prefati *Henrici* & ſaluo cuſtodiendum quouſque &c.

3 Martij, anno 12. H. 7. *Robertus Birt* licentiatur comparere coram Conſilio Domini Regis, per *Robertum Samſon*, & *Ioannem Patten* Atturnatos ſuos in quadam cauſa contra eum mota per *Ioannem Garland*. Et promiſit idem *Robertus*, coram dicto Conſilio, ſe ratum, gratum, ſtabile, atque firmum habiturũ totum & quicquid &c. per dictos Atturnatos ſuos, in cauſa memorata ſub pœna Centum librarum, leuandarum, &c.

21 Martij, anno 12. H. 7. comparuerunt *Henricus Knolton*, & *Tho. Gurney* & habent ad comparendum die Iouis prox. apud Paules, coram Preſidente Conſilij domini Regis, ad vlterius procedi videndum, in eadem cauſa. Et hoc ſub pœna 40. librarum.

Eodem die, In cauſa quæ vertitur coram Conſilio Domini Regis inter *Io. Loue* partem querelantem, contra *Thomam Maidford*, partem querelatam de & ſuper titulo, & poſſeſſione certorum terrarum & tenementorum in controuerſia, inter partes predictas: per Conſilium Domini Regis, ex partium conſenſu, decretum eſt, quod cauſa huiuſmodi comittatur examinationi magiſtrorum *Yauxley*, & *Frowicke*, Seruientium ad legem & examinandũ & certificandum, Conſilio Domini Regis ſecundũ comperta in eadem citra feſtum Pentecoſtes prox. Et partes predictæ interim habent ad attendendum

dendum de & ſuper predictis *Yauxley* & *Frowicke* vnà cum ſuis euidentijs concernentibus predictas terras, & tenementa, & hoc ſub pœna centũ librarũ leuandarũ, de bonis & Catallis partis delinquentis premiſſa perimplere, pro & ex parte ſua, ad opus Domini Regis &c.

14 Aprilis anno 12. H. 7. *Tho. Hill* comparuit, virtute breuis de *P. S.* ſibi directi, & habet ad comparendum coram Conſilio Domini Regis vbicunque die Martis prox. ſub pœna ducentarum librarum.

19 Aprilis anno 12. H. 7. ſedebant Conſiliarij Regij, aliquando apud Greenewich, quandoq; alibi, & interdũ in monaſterio nouo iuxta Turrim Londõ ſcil. dicto die. Eodem die, *Henricus Vghtrid*, *Ioſephus Vghtrid*, *Chriſt. Vghtrid* comparuit quilibet, ſub pœna 100. lib. quibus ſingulis iniunctũ eſt, quod compareant de die in diem, quouſque &c. ſub eadem pœna.

Eodẽ die, in cauſa *Ioannæ Dardis*, contra *Gulielmũ Roper*, idem *Gulielmus* fatetur expreſſe titulum, in tenementis, & prato cum pertinentijs, de quibus per dictam *Ioannam* cõqueritur pertinere & pertinere debere eidem *Ioannæ*. Et iniunctũ eſt eidem *Guil.* quòd permittat eandẽ *Ioannam* vti pacifica poſſeſſione ſua in eiſdem terris & tenementis, ſine interruptione per eum, aut alium nomine ſuo faciendo ſub pœna 40. librarũ: & idem *Gul.* manucepit pro ſeipſo quod pacem geret erga dictam *Ioannam*, ac omnes amicos ſuos, ab hac die de cætero, & hoc ſub pœna centum librarum. Et vlterius idem *Guil.* ſponte iurauit ſe premiſſa fore ſeruaturum.

26 Aprilis anno 12. H. 7. apud Greenewich Abbas de Fountaine & *Gul. Gaſcoyne* miles manuceperunt, & quilibet eorum manucepit ſub pœna centum librarum: quod *Ioannes Tomlinſon*, & *Henricus Dickſon* perſonaliter comparebunt coram conſilio Domini regis, vbicunque citra feſtum Pentecoſt ad reſpondendum contra eos obijciendis &c.

5. Maij anno 12. H.7. In causa *Agnetis Wintre*, contra *Ioannem French* per Consilium Domini Regis iniunctum est eidem *Ioanni* quod vlterius in iure communi non prosequatur versus dictam *Agnetem*, quousque per dictum Consilium aliter visum fuerit, in eadem causa, & hoc sub pœna centum librarum leuandarum, de bonis & Catallis dicti *Ioannis*, casu quo aliquid in contrarium attentauerit, & quod compareat coram dicto Consilio, die Lunæ proximè futuro, sub eadem pœna, & ad vlterius procedi videndum in eadem causa, & sic de die in diem, quousque &c.

3. Iunij anno 12. H. 7. *Tho Hiberden*, & *Io. Nash* comparent coram Consilio Domini Regis virtute iniunctionis eis datæ, ad respondendum *Dauidi Owen* militi, in quadam causa riotæ, contra eos propositæ, & habent ad comparendum coram dicto Consilio, vbicunque crastino animarum proxime futuro, ad vlterius procedi videndum in eadem causa, & hoc sub pœna eorum cuiuslibet centum librarum.

Actes, Orders, and Decrees made by the King and his Counsell, 13. H 7. remaining amongst the Records of the Court, now commonly called the Court of Requests.

25 IAnuarij anno 13. H. 7. in causa quæ vertitur coram Consilio Domini Regis inter *Hugonem Carter*, & *Thomam Wood* partem querelantem contra *Adam Chetwood* militem, de & super dissessura duarum acrarum terræ in controuersia inter eosdem, causa huiusmodi concernens titulum, & interesse dictarum acrarum terræ committatur examinationi domini *Ioannis Fyneaux* Iudicis principalis de Banco Domini Regis, & *Iacobi Huberte* Atturnati dicti Domini Regis, & ad determinandū sin

autem

autem ad certificandum dicto Consilio, secundum comperta in eadem causa.

5 Februarij anno 13. H. 7. dimissus est *Gul. Rowse*, a personali comparitione coram consilio Domini Regis, ad sectam *Margaretæ Barnabæ*, & per dictum consilium dicretum est, quod vocari non debeat in causa huiusmodi, nisi primo fundat expensas, prius habitas, per *Gul.* prędictum, cum securitate, de prosequendo. Eodem die, Episcopus Bangor, Episcopus London, Decanus Capelle, doctor *Nickes*, vicecount Wels, Episcopus Dunelmensis, doctor *Dacres*, *Rich. Poole* miles & *Sutton* Iurisperitus in dicto consilio sedebant.

9 Februarij anno 13. H. 7. *Henry Vghtred* **and foure moze were foz a great riot committed by them in the Countie of Yozke, fined at fiue pound a piece to the King.**

5 Martij anno 13. H. 7. iniunctum est *Thom. Shyminge* maiori Ciuitatis Roceſtren. sub pœna 100. lib. quod producat in garderobam Domini Regis serica per eum seisita pro eo quod non custumantur, vt presupponitur, citra diem Iouis proxime futurũ ibidem remansura quousque aliter habuerit in mandatis per dictum Consiliũ.

4 Aprilis anno 13. H. 7. per Consilium Domini Regis, decretum est, quod committatur *Ioannes Winslow* carceribus Ianitorum Domini Regis, ibidem remansurus quousque securitatem sufficientem imposuerit, de pacem obseruando erga subditos Domini Regis.

28 Maij anno 13. H. 7. Episcopus London, Decanus Capelle, *Robertus Middleton*, *Robertus Shirborne*, *Richardus Hatton*, Doctor *Bambrige*, *L. S. Iohn*, *Carolus Somerset*, & *Richardus Sutton*, sedebant in Consilio Regis.

Anno 14. H. 7.

1 DEcembris anno 14. H. 7. Episcopus London, Episcopus Roffensis, Decanus Capellæ *Martin Middleton*.

ton, Nickes, Bambrige, doctores, & *Sutton* Iurisperitus sedebant in Consilio Regis.

Apud Westminster 14. Nouemb. anno 14. H. 7. in causa *Io. Simpson* contra *Wil. Rowley* de & super quadam obligatione statuti mercati: Idem *Will.* habet ad producendum securitatem, de comparendo de die in diem, quousque &c. citra diem veneris prox. & hoc sub pœna centum librarum, & eodem die ad respondendum billæ querelæ contra eum propositæ. Quo die aduenient̃e, idem *Gul. Rowley* comparuit & produxit obligationem, & habet ad respondendum billæ querelæ contra eum propositæ & hoc sub eadem pœna. fol. 2.

Eodem die Abbas de Warden, contra *Io. Dudley* habet diem veneris ad replicandum responsioni dicti *Ioannis* fol. 2.

Eodem die *Elionora Cotton* vidua contra *Thoman Cotton*, de & super dissesura iuncturæ dictæ *Elionoræ*, Eadem *Elionora* habet diem veneris ad replicandum responsioni dicti *Thomæ*. Cõmittatur causa huiusmodi examinationi magistri *Hutton*, & Maioris Cantabrigiæ. fol. 2.

Eodem die *Ioanna Spilman* vidua contra *Io. Hert* de & super dissesura certorum terrarum & tenementorum &c. Idem *Io. Hert* habet diem veneris ad respondendum billæ querelæ. fol. 2.

Eodem die *Rogerus Walwein*, contra *Fulconem Walwein* de & super dissesura certorum terrarum & tenementorum &c. Idem *Fulco* comparuit per filium suum die veneris vltimo preterito, & habuit in mandatis ad comparendum die Lunę proximo aut Mercurij, ad producendum securitatem, quod Idem *Fulco* pater suus perimpleret omnia & singula per eum allegata, & de standō ordinationi consilij domini Regis in eadem causa, sin autem decretum est per dictum Consilium prefatum *Fulconem* vocari per aliud *B.* de *P. S.* sub pœna legeanciæ ad personal. respondendum: Tamen non comparuit,

comparuit, nec produxit ſecuritatem prout ſupra decretum eſt per conſilium quod fiat *P. S.* ſub pœna legianciæ pro eo quod non perimpleuit decretum prædictum. fol. 2.

Eodem die *Io. Maiſmore* contra *Iohannem Caſſy* de & ſuper diſſeaſura certorum terrarum & tenementorum &c, Idem *Io. Caſſy* non comparuit: id circo habet diem veneris ad comparendum ſub periculo cauſæ huiuſmodi. fol. 3.

16. Nouembris magiſter de *Burton Lazaes* contra *Io. Sainton*, idem *Ioannes Sainton* habet ad reſpondendum die Lunæ prox. poſteà decretum eſt, quod fiat *P. S.* ſub pœna legeanciæ directum eidem *Ioanni Sainton* pro eo quod non comparuit virtute *P. S.* ſub pœna centum librarum. fol. 3.

17 Nouemb. *Io. Creſſy* iuratus dicit ſe viceſimo ſexto die Iulij in Cœmiterio eccleſiæ parochialis de Wroxwardine, deliberaſſe *Ioanni Biſhop* firmario feodi firmæ eiuſdem villæ quoddam *B.* de *P. S.* ſub pœna legianciæ ad comparendum immediate poſt viſum vbicunque &c. & quia non comparet, idcirco per Conſilium Domini Regis decretum eſt, quod fiat attachiamentum vice comitibus &c. ad attachiandum corpus dicti *Iohannis Biſhop* &c. quouſque ſecuritatem impoſuerit &c. de perſonaliter comparendo vbicunque infra 15. dies &c. fol. 4.

26. Nouembris *Wiſham* & *Wiſeman* contra *Dower* in termino ad reiungendum habent diem Mercurij ad publicandum apud Weſtminſter.

Eodem die, in the matter depending betwixt the Lady *Darrel*, and the Lord *Delaware*, for tenne pounds in ioynture, it is by the ſaid Lord *Delaware* agreed, &c.

Vltimo Nouembris in cauſa quæ vertitur coram Conſilio Domini Regis inter *Robertum Meke* partem querelantem & *Willielmum Ienny* partem querelatam de &

ſuper iure titulo & poſſeſſione certorum terrarum & tenementorum in controuerſia inter partes prædictas: per dictum Conſilium viſis & intellectis circumſtantijs cauſæ huiuſmodi, & habita ſuperinde matura communicatione, decretum eſt, quod idem *Gul. Ienny* ſoluat ſeu ſolui faciat prefato *Roberto Meke* pro titulo & intereſſe ſuis, ad terras predictas quinque libras viz. in feſto natiuitatis Domini prox. xx.s. &c. & prefatus *Robertus Meke* ſigillabit ſufficientia ſcripta & euidentias, de & ſuper terris predictis prefato *Gul. Ienny* pro ſecuritate terræ predictæ, prout per Conſilium dicti *Gul.* videbitur expedire, & deliberabit eidem *Gul.* omnia ſcripta & euidentias quæ idem *Robertus* poſſidet, concernentia prefata terras, & tenementa citra dictum feſtum ſancti Michaelis Archangeli.

3 Decembris *Hancocke* contra *Compe* ad proponendum omnia partes predictæ habent, &c.

6 Februarij *Chaddreton*, contra *Bullocke*, ad reſpondendum Remittitur cauſa huiuſmodi in Cancellariam Domini Regis, vbi cauſa huiuſmodi pendet indeciſa. *Rich. Spergor* admiſſus eſt comparere, per *Robertum Tredueke* atturnatum ſuum cum clauſula ratum gratum habiturum &c. & iudicio ſiſti & iudicatum ſolui, & hoc ſub pœna centum librarum. 23. Februarij.

Eodem die, dimiſſus eſt *Adam Chetwad* miles à perſonali comparitione coram Conſilio Domini Regis in cauſa riotæ contra eum mota per *Philippum Bothe*, pro eo quod idem *Philippus* cauſam ſuam huiuſmodi minimè probauerit quoad riotam contra prefatum *Adam*, & remittitur cauſa huiuſmodi iuri communi ibidem determinanda. fol. 33.

24 Februarij, *Colles* contra Comitem Surry. *Colles* habet ad probandum promiſſiones habitas &c, pro ſolutione cuiuſdam ſummæ pro Iunctura aut dote &c. & idem Comes Surry habet ad probandum &c.

Eodem

Eodem die in cauſa quæ vertitur inter *Ioannam Darrell* viduam contra *Thomam Weſt* Dominũ *de la Ware* de & ſuper iure, titulo & intereſſe 10. lib. nomine iuncturæ dictæ *Ioannæ* de & ſuper terris & tenementis quæ nuper deuenerunt in manus dicti Domini *de la Ware* ratione conceſſionis ſibi ſuper eiſdem factę per Dominũ Regem Henricum ſeptimum, & quondam in manibus *Iacobi* nuper Domini de *Audeley*, per Conſilium Domini Regis viſis & intellectis circumſtantijs cauſæ huiuſmodi, & pro eo quod idem *Thomas Weſt* Dominus *De la Ware* ſponte aſſumpſit in ſe terminum (viz.) diem termini Hillarij vlt. preteritum ad exhibendum ſufficientem titulum in iure ad adnullandum dictam dotem ſiue annuitatem decem librarum, ſin autem ad perſoluendum dictam annuitatem ſiue dotem decem librarum vna cum arreragijs, pro tempore quo gauiſus eſt prefatis terris & tenementis, ad quem terminum minimè ſatisfecit: decretum eſt quod idem *Tho. Weſt* Dominus *Delaware* ſoluat ſeu ſolui faciat prefatę *Ioannæ* dictam annuitatem 10. lib. vna cum arreragijs: & hoc ſub periculo incumbente: & decreuit literas ſuperinde fieri prefato Domino *Delaware*, ad perimplendum premiſſa. fol. 34.

25 Februarij. cauſa in controuerſia inter Maiorem & inhabitantes villæ de Exon, contra *Ioannem Bonefante* de & ſuper electione Maioris Stapulæ facta committatur examinationi Maioris villæ de Exon, ac ceterorum de 24. eiuſdem villę de communi Conſilio, & *Roberto Newton*, *Ioanni Donaſtre*, & *Radulpho Pudſay* ad examinandum an idem *Ioannes Bonefant* ſit habilis ad exercendum officium Maioris Stapulæ vel non, ac etiam electio ſic habita de eodem *Ioanne*, fuit habita, ſecundum conſuetudinem ex antiquo ibi vſitatam, & ad certificandum Conſilio Domini Regis ſecundum comperta in eadem.

27 Februarij apud Greenewich *Aylward* contra *Spotell*: In termino ad replicandum ad reiungendum die veneris

prox. partes predictæ habent, & tunc ad comparendum & ad producendum testes, & euidentias, & ad vlterius procedi videndum in eadem causa: & hoc sub periculo causæ suæ huiusmodi.

20 Martij *Pudsay* contra dominum *Clifford* ad proponendum omnia Dominus *Clifford* habet 15. Michael. prox. peremptorie ad probandum per euidentias, scripta testes vel aliter interesse ad terras & tenementa in controuersia inter prefatum *Richardum Pudsay*, & dictum Dominum *Clifford* & hoc sub pœna 40. lib. & ad vlterius procedi videndum in eadem causa.

12 Aprilis, *Robert Danet* hath day to bring in all the euidences and writings that he hath in the matter of land that is depending against him on the behalfe of *William Whiteborough*, against him the 28. of this present moneth of Aprill.

1 Maij apud Westminster Dominus *Dacres*, de Australi comparet virtute. *B. de P. S.* sibi direct. sub pœna 200. lib. & habet ad comparendum coram Consilio Domini Regis vbicunque die veneris prox. ad vlterius procedi videndum in eadem causa, & hoc sub pœna predicta. *Baldwin* pars altera.

2 Maij, in causa *Christopheri Iudson*, contra *Robertum Plompton* militem de & super iure titulo & possessione certorum terrarum & tenementorum in villa & campis de *Plompton*: per Consilium Domini Regis visis & intellectis circumstancijs causæ huiusmodi: decretum est quod prefatus *Christopherus Iudson* gaudeat possessione prefatorum terrarum & tenementorum, absque inquietatione vexatione aut perturbatione dicti *Roberti Plompton* seu alterius cuiuscunque eius precatione, & hoc sub periculo incumbenti.

9 Maij, in causa *Gul. Lewyn*, contra *Annam Lewyn* viduam, de & super iure titulo & possessione certorum terrarum & tenementorum, iacentium & scituatorum infra parochiam

chiam de Burnham in controuerſia inter partes predictas: per Conſilium Domini Regis viſis & intellectis circumſtantijs cauſæ huiuſmodi, decretum eſt quod dicta *Anna* gaudeat poſſeſſione prefatorum terrarum & tenementorũ, tam in feodo talleato, quam in feodo ſimplici pro termino vitæ dictæ *Annæ* abſque impetitione vaſti, vel aliqua alienatione alicuius percellæ prefatorum terrarum & tenementorum quouſque alia effectualia coram dicto Conſilio per partem dicti *Gul.* edoceantur, & ibidem probentur quorum prætextu idem conſilium aliter in eadem cauſa ſtatuant & decernant. Prouiſo ſemper, quod reuerſio dictorum terrarum & tenementorum poſt deceſſum dictæ *Annæ*, integre remanebunt prefato *Gul. Lewyn*, & hæredibus dicti *Gul.* in perpetuum.

Eodem die *Edwardus Wellesborne* clericus conſtituit *Ioannem Woodford* generoſum ſuum atturnatum in cauſa contra eum mota per *Thomam Witnall* cum clauſula de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo, ratum, gratum, ſtabile, atque firmum habere & habiturum, totum & quicquid &c. ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum ſuorum &c. & ad hoc perimplendum promiſit fide ſua media.

1 Iunij, apud Greenewich *Nicholaus Galon* de Mallinge comparet coram Conſilio Domini Regis virtute mandati dicti Conſilij per ſeruitorem ad arma, & habet ad comparendum coram dicto Conſilio vbicunque die Lunæ prox. futuro ad reſpondendum billæ querele contra eum propoſitæ, per *Nicholaum Leche* & ſic de die in diem quouſque &c. & hoc ſub pœna 100. lib.

6 Iunij Conſiliũ domini Regis tentum apud Warderobe.

29 Iunij Conſilium Domini Regis tentum apud Eſthamſteede, & eodem die ſedebant *Rich. Gilford*, *Thomas Louell*, *Carolus Somerſet* milites, *Rich. Mayo* eleemoſinarius Domini Regis, & *Rich. Hatton* Doctor.

Consilium tentum apud Beanlewe 3. Augusti.

17 Augusti apud Newport in Insula Vecta, in causa quæ vertitur coram Consilio Domini Regis inter *Iacobum Hauilande* de Pole, partem querelantem, contra *Ioannem Lee* de Iusula prædicta armigerum partem querelatam, de & super iure titulo possessione & interesse quatuor acrarum terræ iacentium in Iusula predicta vocat. Southfordell: per Consilium predictum visis, & intellectis circumstantijs causæ huiusmodi vna cum euidentijs, & probationibus partium prædictarū, & habita superinde matura examinatione, & deliberatione in causa memorata decretum est per Consilium predictum, in forma prout sequitur (viz.) quod prefatus *Iacobus Hauiland* gaudeat possessione prefatarum quatuor acrarum terræ vocatæ Southfordel, absque aliqua inquietatione, perturbatione, vexatione, molestatione seu alibi implacitatione dicti *Iohannis Lee* siue alterius cuiuscunque eius precatione, quousque alia effectualia, per partem dicti *Ioannis Lee* in eadem causa coram dicto Consilio, edoceantur & ibidem probentur: quorum pretextu, Idem Consilium aliter statuant & decernant in eadem causa, & hoc sub pœna 40. lib. leuandarum de bonis & catallis dicti *Ioannis Lee*, casu quo, aliquid in contrarium huic iudicio siue decreto attentauerit, attentariúe procurauerit.

Anno 15. *H.* 7.

4 SEptembris Consilium Domini Regis tentum apud Winton.

~~18 Martij, Consilium Domini Regis tentum apud Bayard castell.~~

6 Nouemb. *Malyn* contra *Edwardum Stanhop* militem, habet diem Veneris ad respondendum.

12 Februarij, dimissus est *Gul. Meux* miles ab vlteriori comparitione

comparitione coram Consilio Domini Regis in causa contra eum mota per *Edwardum Anne*, & remittitur causa huiusmodi iuri cõmuni, ibidem determinanda pro eo quod causa predicta tangit terras & tenementa &c.

11 Martij, Episcopus London, Episcopus Roffensis, Decanus Capellæ, Decanus Eboracensis, Eleemosinarius Domini Regis, Prior sancti *Ioannis*, & *Richardus Sutton* Consiliarij Regij apud Greenewich.

18 Martij, dimissus est *Thomas Reinold* ab vlteriori comparitione coram Consilio Domini Regis in causa contra eum mota, per *Robertum Turke*, pro eo quod idem *Robertus* causam suam minimè prosequitur versus dictum *Thomam*, & decretum est dictum *Thomam* de cætero minimè vocari in eadem causa nisi primitus fusis expensis habitis in eadem causa, per dictum *Thomam*.

6 Maij, Consilium Domini Regis tentum apud Canterburie.

21 Maij, apud Callis, in causa quæ vertitur coram Consilio Domini Regis inter *Io. Michell*, & *Margaretam* vxorem eius partes querelantes contra *Robertum Windebanke* clericum, & *Ioannem Windebanke* partes querelatas, de & super iure, titulo, & possessione cuiusdam tenementi situati super le Greene, prope Castrum de Guysnes, & duodecim acras terræ eidem tenemento pertinentes, & quondam *Henrici Yong* defuncti: per Consilium preditum visis & intellectis circumstantijs causæ huiusmodi, vnâ cum testamento dicti *Henrici Yong*, in presentia omnium quorum in hac parte interesse presupponebatur, decretum est quod præfatus *Ioannes Michell*, & *Margareta* gaudeant possessione dicti tenementi & duodecim acrarum terræ, secundum vim formam & effectum testamenti siue vltimæ voluntatis prenominati *Henrici Yong* in perpetuũ absq; aliqua sinistra vexatione, aut perturbatione prefati *Roberti Windebanke*, siue alterius cuiuscunque eorum procuratione, & hoc sub pœna 40. lib.

6 Iulij. *Thomas Edmonde* iuratus dicit in vim iuramenti ſui ſe in die ſancti *Barnabæ* vltimo præterito in parochia de Cilmeſton in Comitatu Kantiæ affixiſſe ſuper oſtium domus *Ioannis Haruy* quoddam B. ſub P. S. ſibi directum ſub pœna legeanciæ, ad comparendum coram Conſilio Domini Regis vbicunque 15. Trinitatis vltimo preterito. Et quia minime comparet decretum eſt aliud. P. S. dirigendum vicecomiti Comitatus predicti ad attachiandum corpus dicti *Ioannis Haruy*, & ſaluo cuſtodiendum quouſque &c.

An. 16. *H.*7.

16 Nouembris. apud Woodſtocke cauſa inter *Nicholaum Leeche*, & *Ioannam* vxorem eius, contra *Nicholaum Galon*, *Ioannem Moore* & cæteros quoad titulum terrarum, & tenementorum, in controuerſia inter partes predictas, & fractionē pacis ſuperpoſitam in billis querelæ remittitur Conſilio Domini Regis in Camera ſtellata apud Weſtminſter vbi eadem cauſa pendet indeciſa, ibidem determinanda, & quoad riotam ſuppoſitam in billa, partes predictæ habent diem craſtinum purificationis, beatæ Mariæ virginis prox. futurum, ad probandum per eos allegata concernentia dictam riotam vbicunque, & hoc ſub pœna eorum cuiuſlibet. 110. lib.

15 Ianuarij Conſiliū Domini Regis tentū apud Langley.

22 Ianuarij Conſilium Domini Regis tentum apud Warwicke.

27 Ianuarij Conſilium Domini Regis tentum apud Kenelworthe.

Penultimo Ianuarij Conſilium Domini Regis tentum apud Couentrie.

5 Februarij Conſilium Domini Regis tentum apud Banbury.

15 Februarij Conſilium Domini Regis tentum apud Winſor

Windſor.

26 Februarij, Conſilium Domini Regis tentum apud Richmond.

6. Martij, *Iohannes Garniſh* comparet virtute literæ miſſiuæ, ad ſectam *Iacobi Farmingham*, & habet ad comparendum diem Lunæ prox. ad reſpondendum billæ querelæ contra eum propoſitæ, & ſic de die in diem quouſque &c. & hoc ſub periculo incumbenti.

1 Aprilis, Conſilium Domini Regis tentum apud Eltham.

3 Maij, ſedebant in Conſilio Regis *Tho.* Epiſcopus London, *Rich. Mayo* eleemoſinarius Domini Regis, & *Io. Wats* clericus.

5 Iulij, *Ioannes Denman* comparet virtute B. de P. S. ſub pœna legeancię & habet ad comparendum, per *Richardum Turner* atturnatum ſuum cum Conſilio *Radulphi Rokeby*, de Hoſpitio Lincoln. infra Ciuitatem London.

7 Iulij, Iniunctum eſt *Ioanni Herper* de Briſley ſub pœna 40. lib. quod ſuperſedeat ab vlteriori perſecutione, in cõmuni lege, contra *Robertum Gogeney*, & *Ioannem Athoo*, pendente cauſa indeciſa coram Conſilio Domini Regis.

Anno 17. H. 7.

ANno 17. H. 7. 25. Octobris Conſilium Domini Regis tentum apud Greenewich.

7 Decembris: *Ioannes Mortimer* miles comparet virtute B. de P. S. ſub pœna 100. lib. & admiſſus eſt comparere per *Richardum Turnor* atturnatum ſuum, cum Conſilio cuiuſdam *Arnoldi* iuriſperiti, in cauſa contra eum mota, per *Richardum Acton*, & *Margeriam* vxorem eius, *Humfridum Saunders*, & *Iocoſam* vxorem eius, cum clauſula de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, ſi &c. & hoc ſub pœna centum lib.

4 Februarij *Ioannes Fawley* iuratus dicit in vim iuramenti ſui, ſe die Lunæ proximo, poſt feſtum Epiphaniæ Do-

mini vltimum preteritũ perſonaliter interfuiſſe in manerio de Lanfay, quando *Ienkin Lluyn* deliberabat epiſcopo Meneuen. litteram miſſiuam Domini Regis, ſibi directam, ad perimplendum vt in eadem &c.

5 Februarij, *Will. Wilkins* aturnatus, & *Edward Forman* de medio Templo conſiliarius ad legem coram Conſilio Regis.

11 Februarij, ſedebant in Conſilio Regis, G. *Simeon*, *Rich. Mayo*, *Hatton*, *Kidwelly*, & *Ric. Sutton* apud Richmonde. Eodem die *Will. Wilkins* atturnatus, *Robert. Southwel* iunior de hoſpitio Le Grey & *Gregorius Adgor* de Templo inferiori conſiliarij ad legem coram Conſilio Domini Regis.

14 Februarij, apud Weſtminſter. *Will. Eaton* & *Rich. Turnor* atturnati coram Conſilio Domini Regis.
Eodem die *Lawrentius Fountaine* habet ad comparendum coram Conſilio Domini Regis vbicunque quindena Paſchæ prox. producendo ſecum euidentias, et ſcripta facientia pro intereſſe ſuo ad terras & tenementa, in controuerſia inter prefatum *Lawrentium* & quoſdam *Ioannem Fountaine*, *Thomam Fountaine*, *Ioannem More*, & *Wil. Iackmã*, & hoc ſub periculo cauſę ſuę huiuſmodi &c.

20 Februarij, Benedictus Medeley atturnatus coram Conſilio Regis.
Vltimo Februarij, *Roberte Brudenell* de medio Templo conſiliarius ad legem coram Conſilio Domini Regis, & *Ioannes Patten* atturnatus.

2 Martij datus eſt terminus epiſcopo Meneuenſi menſe Paſchæ prox. ad probandum baſtardiam per eum allegatam contra *Ioannem Fawley*, & hoc ſub periculo cauſæ huiuſmodi.

9 Martij, Epiſcopus Roffenſis preſidens Conſilij, Decanus Capellæ, & *Richar. Hatton* doctores, *G. Burgeuenny*, *Morgan Kidwelly*, & *Rich. Sutton* ſedebant in Conſilio Regis.

19 Martij.

19 Martij. *Ioannes Collens* atturnatus coram Consilio Domini Regis.

13 Aprilis. Domina Prioriſſa domus, ſiue Prioratus de Stratford Bowe perſonaliter comparens coram Conſilio Domini Regis in cauſa contra eam mota per *Ioan. Wilde*, admiſſa eſt comparere in eadem cauſa per *Rober. Gayton* atturnatum ſuum, cum clauſula de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui &c. & hoc ſub pœna 10. lib.

Eodem die *Ioannes Morice* atturnatus coram Conſilio Regis.

